

DCCCXXVIII. PHÆNOPUS. — *Phænixopus* Cass. dict. 39. p. 391. 48. p. 426.
Reichenb. fl. exc. 1. p. 272. Less. syn. 137. — *Prenanthis* sp. Linn. — *Lygodesmia* sp. Don.

Capitulum 5-florum, floribus uniserialibus. Invol. cylindraceum subimbricatum. Recept. angustum nudum. Achænia teretia exalata in rostrum attenuata. Pappus pluriserialis, setis filiformibus. — Herbæ ramosæ glabrae erectæ. Folia radicalia et inferiora pinnatipartita. Capitula secùs ramos super. spicato-racemosa. Cor. flavæ. — Genus medium inter *Prenanthem* et *Chondrillam*, à priori achæniis rostratis, à posteriori rostro sensim nec abruptè orto nec squamellis basi cincto differt. — Nomen Cassinianum paululum amandavi ut characterem classicum, nec phænomenon, plurimis Cichoraceis communem, exprimat! φαίνομενος, enim græcè sonat: stipes manifestus.

1. *P. VIMINEUS*, caule erecto tereti laevi ramoso, ramis inermibus, foliis infer. pinnatipartitis, super. indivisis, omnibus in laminam cum caule coadonatam linearem decurrentibus, capitulis spicato-subracemosis. (2) in lapidosis secus vias vineas et agros Europæ australis et mediae ab Hispaniâ ad Tauriam. *Prenanthes viminea* Linn. sp. 1120. Jacq. fl. austr. 1. t. 9. All. ped. t. 52. f. 2. *Chondrilla viminea* Lam. diet. 2. p. 27. *Chondrilla sessiliflora* Lam. fl. fr. 2. p. 104. *Phænixopus decurrens* Cass. dict. 39. p. 391. *Phænix. vimineus* Rehb. fl. exc. 1. p. 272. *Lactuca decorticata* Forsk. fl. eg. 218. *Caulis albus*. Pappus longè et graciliter rostratus. (v. v. et s.)

β. integrifolius, foliis caulinis ferè omnibus linear-lanceolatis integerrimis. (2) in Siciliâ ad Messinam legit cl. Gussone. (v. s.)

γ. ramosissimus, caule humili ramosissimo, ramis apice rigidè spinescentibus. (2) in arenis maritimis Nicææ, Græciæ, Persiæ, ad radices montis Sinaï (Schiump.), in Hispaniâ Granatensi (Boiss.) *Prenanthes ramosissima* All. ped. n. 830. t. 33. f. 1. *Pren. viminea* β. fl. fr. n. 2881. *Chondrilla ramosissima* Zeyh. ex Steud. *Phænixopus ramosissimus* Reichenb. fl. exc. 1. p. 272. Decurrentiæ foliorum duplo breviores quam in var. α et β. (v. v. et s.)

2. *P. TRIQUETER*, caule erecto acutè triquetro ramoso, foliis infer. obovato-oblongis acuminatis dentatis, caulinis linear-lanceolatis integerrimis sessilibus, capitulis spicato-racemosis. 2^l ex Labill. forte (2)^l in Libano ad montium radices (Labill. Auch.), in Aderbeidjan (Auch.). *Prenanthes triquetra* Labill. syr. dec. 3. p. 4. t. 2. Dové! pl. exs. n. 434. *Lygodesmia triquetra* Don. *Achænia breviter rostrata*. (v. s.)

3. *P. ACANTHIFOLIUS* (Cass. dict. 48. p. 426 sub *Phænixopo*), foliis lyrato-runcinatis dentatis amplexicaulinibus glabris basi lanatis, capitulis subsessilibus glomeratis in spicam longam digestis. 2^l in Cretâ. *Lactuca Cretica* perennis altissima acanthi folio Tourn. cor. 35. *Prenanthes acanthifolia* Willd. sp. 3. p. 1542. *Chondrilla acanthifolia* Poir. suppl. 2. p. 330.

† *Species exclusa.*

P. INTYBACEUS Less. = *Brachyramphus intybaceus*.

DCCCXXIX. BRACHYRAMPHUS. — *Sonchi* sp. auct.

Capit. 10-15-florum. Invol. oblongum imbricatum, squamis acuminatis margine scariosis. Recept. nudum. Achænia oblonga muricata in rostrum breve sensim attenuata nec angulata nec costata. Pappus pluriserialis mollis albus pilosus. — Herbæ regionum orbis subtropicarum ortæ erectæ glabrae ramosæ. Folia runcinata dentata. Capitula race-